In Nomine Domini

Amen. Ad perpetuam rei memoriam. SIgnificamus tenore praesentium quorum interest universis et singulis harum noticiam habituris.
Quod etiam si omnium Regni nri Ordinum et statuum, adeoqz omnium et singulorum subditorum nrorum Iura, Libertates, donationes, immunitates, pra-
rogativasqz ac Privilegia tam generalia totius Regni quam specialia, quorumvis statuum, nullis penitus exceptis, a nobis primum in Civitate nra Meggies, dum
ab Oratoribus Regni ad Reipublicae huius gubernacula invitaremur et vocaremur, Deinde etiam circa inauguratiom nram et inunctioem in praesentia omnium
Ordinum et statuum Regni, literis seu Diplomate modo abunde iam confirmaverimus, ita ut nihil esse videamus, quod quisqz eo in genere a nobis praetermissum vere
dicere vel amplius quid a nobis requirere possit, Proptereaqz cum supplicatum nobis esset per quosdam Consiliarios nros nomine Proconsulis et Consulum ac to-
tius Communitatis Civitatis nrae RADZIEIOVIEN, ut illius quoqz Civitatis Iura, Privilegia, Praerogativas, Libertates, immunitates, Concessioes atqz
Decreta specialibus literis nris confirmaremus. Existimavimus nihil nos ab officio nro alienum facturos esse si supplicacioi huic annuerimus, desiderioqz
praefatorum Civium satisfaceremus, praesertim vero quod idem factitatum esse a Praedecessoribus nris accepimus, quorum vestigiis secuti in reliqs re-
bus omnibus, ita in hac quoqz parte insistendum nobis esse proposuimus. Quare omnia et singula Iura Privilegia, Decreta, immunitates, Libertates, Exe-
ptiones, Concessiones, Donationes, et qualiter omnes, et singulas, Praerogativas, literas quocunqz verborum tenore conscriptas, quas eius valoris esse volumus,
ac si hic ad verbum inscriptae essent, Ipsi Civitati Radzieiovien. a Serenissimis Regibus Regni Poloniae antecessoribus nris iuste et legitime datas, donatas,
atqz concessas, iuri tamen communi non contrarias, et in quorum usu hactenus exstiterunt, nullis penitus exceptis approbandum, ratificandum et confirmandum
esse duximus tam in genere quam in specie generalitati per specialitatem et specialitati per generalitatem nihil non derogando, prout de certa voluntate nra ap-
probamus, confirmamus, ratificamus ac renovamus, plene integre, sufficienter nihil minuendo vel detrahendo, Decernendo easdem ratas, firmas, va-
lidas, inviolabiles temporibus perpetuis esse debere. Nec ullo unquam infringi, aut labefactari a quoqz posse. Quod omnibus et singulis cuiuscunqz sta-
tus et Conditionis hominibus, nominatim vero Capitaneo loci illius pro tempore existenti denunciatum esse volumus, Mandamusqz omnino habere volentes
ut Cives praedictos RAdzieiovien. in omnibus eorum Iuribus, Privilegiis, Libertatibus, et Praerogativis conservari faciatis temporibus perpetuis. In
quorum fidem omnium sigillum nrum praesentibus est subappensum. DAtum Warschoviae in Conventu Regni nri generali die sexta Mensis
Martii. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo septuagesimo, Octavo. Regni vero nri, anno secundo.

Stephanus Rex [illegible]

Jo[illegible] Dim. Soltkowski [illegible]
[illegible]

1578

Confirmatio Generalis Privilegiorum
Civibus Ragusiorum a Serenissimo Rege
Alphonso, Anno 1[illegible]8

confirmacio generalis civibus Ragusiorum